

que parte omnes cruciabat exercitus, ita quod iam plurimi plurimis cruciabantur egritudinibus. Optata dies nativitatis beate Marie uirginis ad pacem faciendam aduenit. Ante omnia in potestatem regis Boemie trecenti dantur obsides, centum quinquaginta nobiles et centum quinquaginta de populo; captivi quoque Papiensium et aliarum ciuitatum mille et ultra, quorum quidam decem annis in captiuitate manserant, filios, quos paruulos dimiserant, iam factos milites lacrimabiliter salutabant, qui in monasterio sancti Dionisii sub custodia domni regis Boemie militum ea conditione ponuntur, ut si ad gratiam imperatoris per regem Boemie reducerentur, captivi liberi dimitterentur ¹⁾, quod si non fieret, Mediolanensibus remitterentur.

His ita dispositis ad adducendum in gratiam imperatoris archiepiscopum Mediolanensium ²⁾ Ebrhardus, Bambergensis episcopus, et dominus Daniel, Pragensis episcopus, mittuntur. Primo itaque cum crucibus, cum plenariis et thuribulis bini et bini procedunt clerici, deinde canonici, monachi et abbates ordine disposito cappis ecclesiasticis, casulis et albis induti progrediuntur, quorum tantam multitudinem uidimus, quod licet tentoria imperatoris a portis Mediolanensium satis fuerint remota, processio tamen illa a predictis portis usque ad tribunal imperatoris durabat. Predictus archiepiscopus a predictis episcopis adductus in osculo pacis recipitur et uerbo facto, quod erga Mediolanum, imperialem ciuitatem antiquissimam, agat misericorditer, inter alios archiepiscopos collocatur. Post hec duodecim Mediolanenses consules electi gladios suos super colla sua ferentes nudis pedibus, licet enim plurimam offerrent peccuniam, quod eis calciatis hanc satisfactionem facere liceret, nullo modo tamen obtinere potuerunt, suo ordine progrediuntur, coram tot et tantis principibus imperatori suo sedenti pro tribunali super colla sua nudos offerunt gladios. Ex quibus Obertus de Orto consul, uir sapiens et lingue tam lombardice quam latine eruditus, in hec uerba prorupit: Peccauius, inique egimus, ueniam petimus, colla nostraque ditioni et gladiis uestris

v zajetí a syny své, jež co chlapce opustili, ¹¹⁵⁸ již co vojny pozdravovali, dáni jsou do kláštera sv. Diviše pod stráž vojska krále českého s tou výminkou, aby propuštění byli na svobodu, když Mediolanští skrze krále českého přivedeni budou v milost císaře, ale kdyby se to nestalo, aby jim zase byli vráceni.

Když se tak stalo, byli vysláni Eberhard, biskup bamberský, a pan Daniel, biskup pražský, aby uvedli na milost císařskou arcibiskupa mediolanského. Nejdříve vytáhli tedy klerikové s kříží, s knihami bohoslužebnými a s kadičelnicemi, jdouce dva a dva, pak kanovníci, mniši a opatové v určeném pořádku, jsouce oděni v roucha církevní, kasule a alby; i viděli jsme jich tolik, že ač stany císařovy od bran mediolanských dosti byly vzdáleny, průvod ten od řečených bran až k trůnu císařskému sahal. Jmenovaný arcibiskup přiveden byv od řečených biskupů, přijat jest polibkem miru, a učiniv řeč, aby císař konal milosrdenství k Mediolanu, prastarému tomu městu císařskému, posazen jest mezi jiné arcibiskupy. Potom dvanácte konšelů mediolanských vybraných nesoucích meče nad šíjemi svými kráčelo ve svém pořádku s bosýma nohama — ačkoli mnoho peněz chtěli dáti, kdyby jim dovoleno bylo v obuvi to zadostiučinění odbyti, nemohli toho předce nijakž obdržeti — a u přítomnosti tolika a takových knížat přinášeli císaři na soudné stoličce sedícímú nahé meče na svých šíjích. Z nich konšel Hubert z Orto, muž moudrý a jak řeči lombardské tak i latinské znalý, ujav se slova promluvil takto: Hřešili jsme, nepravě jeduati jsme, za odpuštění prosíme, hrdla všech Mediolanských a co našeho jest podrobujeme panství vašemu a vašeho meče

¹⁾ dimittentur 1. — ²⁾ Huberta z Pirovana.